

OLPHI PRÆCEPTA

175

temporibus, & Restitutionum numeris, tandem excrecet in magnitudinem differentiae Perio- di minoris; itaque corrigetur, si ijs aliquot ma- joribus, addeceris vel ademeris unam minorem; quo pacto periodus constituetur tertia. Si tempus hujus Perio- di tertiae, quae non multis vicibus continetur in aetate mundi, quae si veris etiam in Canone quarti Mobilis, quod Resti- tutionem ad ☉ tardio- rem habet, associabis & illud ad eandem Apocatastasin quam proximè. Semper autem discrepantia, si qua emerget, in tardiori facilius toleratur, quippe correctione ejus motus medij tollenda; quam in celeriori, quippe quae tardius etiam excrecit in aliquam sensibilem magnitudinem.

Evoluones motuum

In Luna motibus inter se conciliandis laborarunt veteres, Perio- do nomen fecerunt ἐξελυγμῶν. Evolutio, igitur differe Quartae latitudinis à Quar- ta Anomalia per 5'. 8". 6 1/2". Haec differentia per omnes Canonum lineas descensu facto, non excrecit ad magnitudinem temporis unius Quartae. Ergo re- versus ad lineam summam, ex Restitutione 1. facio 1. seu 60, tunc & differentia sit 5'. 8". 6 1/2"; itaque secundo ingressu per Resti- 20, invenio differentiam D. 1'. 42". 42", quae addita priori, facit differen- tiam D. 6'. 50". 49", aequalem fere tempori unius Quartae. Quare correctio sit subtrahitione unius Quartae de tardiori; nasciturq; Perio- dus minima 79 Quartarum Anomaliae, & 80 Quartarum La- titudinis, cuius tempus est 9'. 4". sed Anomali- cum jam deficit per 2'. 30". 17". Hujus igitur pe- riodi socra erit, quae habet 80 An. & 81 Lat. cuius tempus 9'. 11". Hic adhuc superat Anomalicum per 2'. 37". 50". Et quia hic excessus & ille defe- ctus sunt pene pares, altera Perio- dus alteram cor- rigi, semel sumpta. Fit ita perio- dus secunda 159 Quarte. Anom. & 161. Quart. Latit. cuius tempus 18'. 15", &c. in quo superat Anomalicum per 7'. 33".

Hoc verò tempus quassum per Canones cete- ros, invenitur fere in linea 3 Canonis anni Tropici, seu ☉ ☉ V. Sed quia neutrum horum 2 mobi- lium erat inter tria priora, nondum igitur haec 5 in- ter se conciliantur, sed illa tria inter se seorsim, haec duo etiam seorsim inter se.

Neq; multiplicationem infinitam patitur ve- fida differentia. Cum enim tempus sit triennij, in annis 180 jam sit differentia 7'. 33", & in 1400 annis superat diem. At in manu Anomalia non possumus intra hoc tempus perdere diem, in Latitu- dinis ne horam quidem: obrestantur enim observa- tiones veterum. Quare perlegendum est ad Perio- dum exactiorem. Et quia 7'. 33", continetur in 2'. 30". 17" paulo minus quam vicies, nascetur Tertia Perio- dus per vigecuplationem secunda, & additionem unius prima minoris, ut illius excessum vigecuplum, hujus defectus obliteret: ita Quartis 3180 & 3220 accedent 79 & 80, suntq; 3259 & 3300. Tempora colliguntur 6". 14". 10", &c. exce- ditq; Anomalicum per 45": per Canonem vero Su-

Tabb. f. 102.

lianorum redacta ad annos, dant 61 1/2.

Quaerat Calculator hoc tempus per cete- ros Canones, si forte & reliqua mobilia saltem per Quartas se associent. Qui si diem monstraverit ullam intra 1700 annos, quae tres Lunae motus (nihil enim de ceteris Erroribus dicam) ad Quar- tas, non dico easdem, sed promiscuas, restituat, tolerabili cum dissidio: tunc ego convulsam ab illo probabilitatem diei Creationis à me pro- positae fatebor. Ea fuit anno 3993 ante aetam no- stram, die 4 Julij Juliani retrò extensi, Sole, Lu- na, Nodo ☉, Martè, Venere, Aphelio ☿, No- do Jovis, & forte etiam Aphelio Jovis, junctis in puncto solstitiali; Jove, Nodo ☿, in brumali; Saturno, Aphelio ♀, & Apogaeo ♃, & forte etiam Aphelio ♃, in autumnali; Mercurio, Apo- gaeo ☉, Nodo ♃, Nodo ♀, & forte etiam No- do ♄, in vernali; ut solum Aphelium ☿ ex om- nibus; inter ♃ & ☿ incertum, & loco quidem praecise intermedio, confiterit.

Careres, ubi de profle- runt omnia mobilia in curvis suis. Vide praec. 76.

Anticipationem, ἐπιπέπρωσις, Aequinocti- orum, Perendinationem, μετέμπτωσις, Or- bus fixarum, & Praecessione Aequino- ctiorum, seu Quantitatem anni Tropici mediam, indagare in quacun- que annorum Summa assumpta.

Praec. 182, 183, 184.

SUMMAM annorum, divisione per 60, con- verte in Sexagenas Primas, Summam Prima- rum in Secundas, &c. cum his Sexagenis & an- nis singulis, in margine Canonum Sexagenario- rum quaeritis, excerpere tempora, sub Juliano- rum, Tropico- rum, & Sideriorum titulis, quaeque teo- rim; factaque additione convenienti excerp- torum per diversos ingressus, si tempus Tro- picorum subtraxeris à tempore Julianorum, re- stabit Προπέπρωσις; si Julianorum tempus, à tem- pore Sideriorum, Μετέμπτωσις; si deniq; Tropi- corum à Siderijs; Praecessio, quae aequat Προπέπρωσις & Μετέμπτωσις junctas. Sed in Anticipa- tione & Perendinatione cura; ut annorum pro- positorum numerus sit pariter par.

Vi praec. 77-78-79-80-81-82. Vide Epit. Astr. l. VII. f. 927.

De Apocatastasi annorum Tropico- rum & sideriorum seu de Anno magno caelesti.

Ἐξελυγμῶν verò annorum Julianorum Tropico- rum & Sideriorum vestigabis Methodo per praec. 185. superiori. Invenies autem 25412 Siderios, aequales 25412 Tropiceis, Julianorum verò & Tropi- corum est fere duplo tardior; nec non & Julia- norum cum Siderijs. Deniq; omnium trium in idem caput Restitutio, immanem Summam an- norum postulat: quam relinquo calculatori quaerendam.

Praec. 185, Per praec. 180, 181.



- 138
- 136
- 142
- 132
- 147
- 127
- 187
- 087
- 237
- 037

Ende
Anfang